WISSENSCHAFTLICHE BEILAGE ZUM JAHRESBERICHT DES KÖNIGLICHEN
GYMNASIUMS ZU FREIENWALDE A. O. · OSTERN 1909

CORNELII TACITI

DE VITA ET MORIBVS IVLII AGRICOLAE LIBER

AD FIDEM CODICVM EDIDIT
EDMVNDVS HEDICKE

LIPSIAE IMPRESSIT B. G. TEVBNER MCMIX

1909. Progr. Nr. 84.

Taciti operibus nobilissimis tristi sorte obtigit, ut et magna pars media quae vocatur aetate omnino interiret et ipsarum reliquiarum singuli libri manu scripti renascentibus litteris superessent. Quae calamitas etiam aucta est, quod unus ille liber manu scriptus, quo scripta minora, dialogus, Agricola, Germania, continebantur, cum medio fere saeculo xv aegre ex tenebris bibliothecae Germanicae protractus esset, paulo post denuo sublatus est, ut in his scriptis ars critica paucis libris eisque recentibus niteretur. Atque Agricolae quidem diu duo dum taxat libri saeculi xv noti fuerunt Romae in bibliotheca Vaticana servati, quorum alter a Pomponio Laeto scriptus numero 3429, alter numero 4498 insignitus est. Quare percommode accidit, quod Ricardus Wuenschius anno 1896 Toleti in bibliotheca archiepiscopali tertium codicem invenit. Sed hunc librum conferre cum ei ab episcopo Toletano non permitteretur, factum est, ut demum anno 1900 O. Leuze eum inspiceret eiusque lectiones paulo post quam diligentissime publici iuris faceret (Philol. Suppl. VIII p. 513). Is igitur codex in catalogo numero 49, 2 notatus saeculo xv Fulginii scriptus est a Michaele Angelo Crullo vel Grillo: nam Michaelem Angelum Grillum tunc Fulginii munere scribae publici functum esse multis testimoniis comprobatur. Qui quo anno librum descripserit, pro certo adfirmari non potest, cum Agricolae vita subscriptione careat: sed libello de Germania, qui praecedit, subscriptum est: τελως. *Fulginii scriptum gerente me magistratum pu. scribae Cal. Iun. 1474* (vel *1471,* ut Wuenschius enotavit), et Antonii Campani oratoris atque poetae celeberrimi oratio de laudibus scientiae, quae sequitur, hanc subscriptionem habet: *scripta per me M. Angelum Crullum Tudertinum Fulginii pu. scribam non. Decembr. 1471,* ut intra illa tempora codicem descriptum esse adpareat. Hic liber quamquam item admodum recens est, tamen haud paucis locis a duobus Vaticanis recedit ac saepius meliorem lectionem servat. Quod nunc etiam certius profiteri possumus, quod bono casu paulo post Caesar Annibaldi Aesi, in oppido Umbriae prope fines Piceni sito, in bibliotheca comitis Balleani quartum Agricolae codicem invenit eumque anno 1907 accuratissime descripsit. Is enim codex inter libros manu scriptos latinos illius bibliothecae numero 8 recensitus ex duobus codicibus constat, quorum prior saeculo xi scriptus *Dictyis ephemeridem belli Troiani* continet, posterior *Taciti Agricolam et Germaniam.* Hic autem posterior codex ex numero eorum est, in quibus reliquiis vetusti cuiusdam codicis ea, quae deerant, ex alio codice integro descripta postea addita sunt, quod saeculo xv saepius accidit, ut octo folia binis columnis exarata, quae Agricolae verba (13) *munia impigre obeunt* usque ad (40) *libertum ex secretioribus ministeriis missum* continent, saeculo x, reliqua saeculo xv scripta sint. Quodsi satis constat saeculo xv unum codicem vetustum superfuisse, qui Taciti scripta minora contineret, eumque ab Henocho Asculano in quodam Germaniae monasterio, quod Hersfeldense fuisse veri simillimum est, repertum esse, dubitari iam non potest, quin et Henochus Asculanus non apographum eius codicis, quod quidam voluerunt, sed ipsum codicem anno 1455 vere ex Germania Romam abstulerit et his octo foliis codicis Aesinatis quaternio codicis Henochiani vel Hersfeldensis servatus sit. Hunc autem quaternionem tertium codicis Henochiani fuisse iam docere possumus. Nam percommode factum est, quod Ricardus Sabbadini Mediolani in bibliotheca Ambrosiana codicem (R. 88 sup.) invenit, in quo Petrus Candidus Decembrius, quem ab anno 1450 usque ad annum 1456 Romae et Nicolao V et Calixto III ab epistulis fuisse accepimus, se anno 1455 Romae codicem binis columnis scriptum vidisse tradit, qui Cornelii Taciti Germaniam, Agricolam, Dialogum et Suetonii Tranquilli de grammaticis et rhetoribus librum contineret, atque addit Germaniam duodecim folia illius codicis comprehendisse, Agricolam quattuordecim, Dialogum quattuordecim atque duo cum dimidio, Suetonianum denique libellum septem. Quae si nobiscum considerabimus, non dubitabimus, quin in Henochiano illo libro Germaniae folia duodecim complexa sint primum quaternionem et alterius quaternionis quattuor folia priora, Agricolae folia quattuordecim secundi quaternionis quattuor folia posteriora, tertium quaternionem quartique duo folia priora, Dialogi quattuordecim folia atque duo cum dimidio quarti quaternionis sex folia posteriora et quintum atque sextum quaterniones et septimi folium primum, sed ita ut et sexti quaternionis sex folia priora (id quod in compluribus Dialogi codicibus atque in fine Perizoniani Germaniae codice adnotatum est) sive vetustate sive casu deessent, qua iactura nunc oratio Taciti sub finem capitis 35 hiat, et septimi quaternionis folii primi dimidia pars Taciti verba contineret, Suetoniani libelli septem folia septimi quaternionis reliqua folia septem, ut eum, qui in codice Aesinati sex folia Agricolae suppleret, et ipso codicis Henochiano usum esse et speciem eius exprimere diligenter studuisse adpareat. Neque numerus versuum singulorum libellorum notatis Decembrii adversatur, si versus in-

scriptionum et subscriptionum addere non obliviscimur. Quod quam recte disputata sint, quo facilius perspici possit, quaecumque Decembrius de codice Henochiano rettulit, omnia ex commentatione Sabbadiniana (Rivist. di filolog. 29 p. 262) huc transcribam: Cornelii Taciti liber reperitur Romae visus 1455 de origine et situ Germaniae. Incipit: *Germania omnis a Gallis Retiisque et Panoniis Rheno et Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur: cetera Occeanus ambit.* Opus *est foliorum* xii in columnellis. Finit: *cetera iam fabulosa: Helusios et Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere. quod ego ut incompertum in medium relinquam.* Utitur autem Cornelius hoc vocabulo *inscientia,* non *inscitia.* [cap. 16].

Est alius liber eiusdem de vita Iulii Agricolae, soceri sui, in quo continetur descriptio Britaniae insulae nec non populorum mores et ritus. Incipit: *clarorum virorum facta moresque posteris tradere antiquitus usitatum ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum aetas ommisit.* Opus foliorum decem et quattuor in columnellis. Finit: *nam multos veluti inglorios et ignobiles oblivio obruet, Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.*

Cornelii Taciti dialogus de oratoribus. Incipit: *saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur, cum priora secula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint, nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat.* Opus foliorum xiiii in columnellis. Post haec deficiunt sex folia, nam finit: *quam ingentibus verbis prosequuntur. Cum ad veros iudices ventum.* Deinde sequitur: *rem cogitare nihil abiectum, nihil humile.* Post haec secuntur folia duo cum dimidio et finit: *cum adrisissent, discessimus.*

Suetonii Tranquilli de grammaticis et rhetoribus liber. Incipit: *grammatica Romae nec in usu quidem olim, nedum in honore ulla erat rudis scilicet ac bellicosa etiam tum civitate necdum magnopere liberalibus disciplinis vacante.* Opus foliorum septem in columnellis. Finit perprius: *et rursus in cognitione caedis Mediolani apud Lucium Pisonem proconsulem defendens reum, cum cohiberent lictores nimias laudantium voces, ita excanduisset, ut deplorato Italiae statu, quasi iterum in formam provinciae redigeretur, M. insuper Brutum, cuius statua in conspectu erat, invocaret regum ac libertatis auctorem ac vindicem.* Ultimo imperfecto columnello finit: *diu ac more concionantis redditis abstinuit cibo.* Videtur in illo opere Suetonius innuere omnes fere rhetores et grammaticae professores desperatis fortunis finivisse vitam.

Hoc Decembrii testimonio confisus scribendum esse censeo Germ. 16 *inscientia aedificandi,* 44 *Helusios,* Agric. 46 *multos veluti inglorios et ignobiles oblivio obruet,* Dial. 36 *nihil abiectum, nihil humile,* Sueton. de gramm. et rhet. 30 p. 127, 4 Reiffers. *auctorem ac vindicem.*

Sed tandem redeamus ad codicem Aesinatem: is cum aliis in bibliothecam Balleanianam pervenit ex Guarneriana, quam saeculo xv Stephanus et Franciscus Guarnerii instituerunt multisque libris a se descriptis auxerunt. Quo ex numero nescio an etiam hic Agricolae codex sit: nam illi fratres tunc saepius Romae versabantur plurimisque honoribus a summis pontificibus ornabantur, ut eis occasionem fuisse pateat et codicis describendi et quaternionis nanciscendi. Quo codice invento in minoribus Taciti scriptis omnibus artem criticam plane commutari nemo non videt: nam cum omnes horum sciptorum codices sive ex codice Henochiano ipso sive ex apographo eius proficiscantur, iam his octo foliis vetustis reliquos codices certa ratione examinare possumus, utrum in eis Taciti verba accurate descripta sint an libidinose immutata. Quare hac scribendi facultate oblata Taciti Agricolam ad fidem codicum edere constitui, ne diutius scripturae varietatem ex tribus libris petere coacti simus, sed uno oculorum obtutu conspicere possimus: in quo **A** significat codicem Vaticanum 3429, **B** codicem Vaticanum 4498, **G** codicis Aesinatis partem recentiorem a Guarnerio descriptam, **H** codicis Aesinatis partem vetustiorem, **T** codicem Toletanum 49, 2. In ea autem parte Agricolae, quae vetusto codice Henochiano servata est, pro **A B T** scripsi **a b t**, ut statim adpareat in ea artem criticam ex uno codice Henochiano pendere, varias autem lectiones codicum **a b t** sive errores sive coniecturas esse describentium. Unum dolendum est, quod codex Henochianus, quamvis nitide scriptus sit, saepius erroribus et correcturis depravatus est (in quibus repetendis Caesar Annibaldi, quamquam eius opera maxima laude digna est, non distinxit, utrum is, qui Taciti verba correxit, lineis an punctis usus sit, ut opinor, propter difficultatem typographicam), ut ei, qui codicem describebant, facile in errorem inducerentur. Sed nescio an sperare possumus fore, ut uno quaternione codicis Henochiani invento etiam reliqui reperiantur, ut tandem aliquando amissus ille codex plenus atque integer in lucem redeat, quod Mauricius Hauptius semper confisus est, unde Freytagii elegantissimum de codice amisso librum originem cepisse quis nostrum est, qui nesciat?

Quae inclinatis litteris expressa sunt, contra codicum auctoritatem adieci, quae uncinis inclusa sunt, ea delenda censui, asterisco littera erasa indicatur.

CORNELII TACITI
DE VITA ET MORIBUS
IULII AGRICOLAE
LIBER

1 Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem
temporibus quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus
vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et in-
vidiam. Sed apud priores ut agere digna memoratu pronum magisque in aperto erat, ita celeber-
rimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonae tantum
conscientiae pretio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum
quam arrogantiam arbitrati sunt, nec in Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit.
Adeo virtutes isdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At nunc narra-
turo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit, quam non petissem incusaturus: tam saeva
2 et infesta virtutibus tempora. Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni
Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse neque in ipsos modo auctores, sed in libros
quoque eorum saevitum delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum
in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et
conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur expulsis insuper sapientiae professoribus atque
omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande
patientiae documentum et, sicut vetus aetas vidit, quid ultimum in libertate esset, ita nos, quid
in servitute, adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque
3 ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere. Nunc
demum redit animus: at quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res
olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem temporum
Nerva Traianus, nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur
adsumpserit, natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala, et ut corpora
nostra lente augescunt, cito extinguntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revo-
caveris. Subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo desidia postremo amatur.
Quid? si per quindecim annos, grande mortalis aevi spatium, multi fortuitis casibus, promptis-
simus quisque saevitia principis interciderunt, pauci, ut ita dixerim, non modo aliorum sed
etiam nostri superstites sumus exemptis e media vita tot annis, quibus iuvenes ad senectutem,
senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos per silentium venimus. Non tamen pigebit vel
incondita ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum com-

CORNELII TACITI DE VITA ET MORIBVS AVLII AGRICOLAE **A**, Cai Corneli Taciti de Vita et moribus Iulii Agricolę ꝓhemiū **B**, CORNELII TACITI DE VITA IVLII AGRICOLAE LIBER INCIPIT **G**, Cornelii Taciti de vita et moribus L. Agricolae liber **T**   2 omisit] ommisit **H** *teste Decembrio*   magna] mala **T**   7 pretio] praetio **BG**   8 isdem] iisdem **ABGT**   aestimantur] extimantur **T**   9 petissem] petiissem **B**   saeva et infesta] sęuia et infęlicia **B**   10 Thrasea] trasea **A**   Herennio] herhennio **B**   Senecioni *Rhenanus*: senetioni **ABGT**   11 essent] *ab initio omissum supra versum add.* **G**   auctores] autores **A**   12 monumenta] monimenta **B**   13 foro] forum **B**   Scilicet] scil& **G**   vocem] *om.* **B**   15 occurreret] occurrē **B**   grande] *om.* **B**   16 libertate] libertade **T**   17 commercio] comertio **A**, cōmertio **G**, adēpto & cōmertio **B**   19 at *scripsi*: & **ABGT**   20 olim] olym **A**   dissociabiles] dissotiabiles **AGT**, dissolubiles **B**   quotidie] quottidie **GT**   felicitatem] foelicitatem **GT**   21 publica] ppca **B**   22 adsumpserit] assumpserit **AGT**   infirmitatis] infirmitas, ti *add. rubricator* **T**   25 spatium] spacium **A**   multi *Lipsius*: multis **ABGT**   promptissimus] promptis simul **G**   26 ut ita *Rhenanus*: et uti **ABGT**   28 exactae] exaptae **T**   29 servitutis] senectutis **AB**

posuisse. Hic interim liber honori Agricolae soceri mei destinatus professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus.

Gnaeus Iulius Agricola, vetere et illustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque avum 4
procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. Pater illi Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritus: namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit rarae castitatis. In huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adulescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum. Memoria teneo solitum ipsum narrare se prima in iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coërcuisset. Scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem magnae excelsaeque gloria vehementius quam caute appetebat. Mox mitigavit ratio et aetas, retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.

Prima castrorum rudimenta in Brittania Suetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, appro- 5
bavit, electus, quem contubernio aestimaret. Nec Agricola licenter more iuvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit, sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil appetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare simulque et anxius et intentus agere. Non sane alias exercitatior magisque in ambiguo Brittania fuit: trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus. Tum de salute, mox de victoria certavere. Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et recuperatae provinciae gloria in ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio nec minus periculum ex magna fama quam ex mala.

Hinc ad capessendos magistratus in urbem degressus Domitiam Decidianam, splendidis 6
natalibus ortam, sibi iunxit. Idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. Vixeruntque mira concordia per mutuam caritatem et in vicem se anteponendo, nisi quod in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est. Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit, quorum neutro corruptus est, quamquam et provincia dives ac parata peccantibus, et proconsul in omnem aviditatem pronus quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia in subsidium simul ac solacium: nam filium ante sublatum brevi amisit. Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atque ipsum etiam tribunatus annum quiete et otio transiit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. Idem praeturae tenor et silentium. Nec enim iurisdictio obvenerat: ludos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior. Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione *ef*fecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica quam Neronis sensisset.

1 professione] profexione **T** 3 Gnaeus] cn̄ **B**, cneus **G**, Cneus **T**, Gneus **A** Iulius] Tulius **GT** Foroiuliensium] foriuliensium **B** 4 Caesarum] Cęsaris **B** equestris] * equestris **G**, a *eras.* illi *Wölfflin*: Iuli **BGT**, Iulii **A** Graecinus] Grecinus **AG** 5 eloquentiae] eloq꜄tiae **G** Gai] Cai **A**, C **BT** 6 M.] Marcum **AG** Silanum] Sillanum **AG**, Syllanum **T**, Sullanum **B** 7 honestarum] honestatis **B** cultum] culctum **B** 8 pueritiam] puericiam **A** adulescentiamque] adolescentiamque **ABGT** eum] tamen **B** 11 in] *om.* **B** philosophiae] phylosophyę **G**, phylosophye **T** 12 coërcuisset] cohercuisset **B** 13 pulchritudinem] pulcritudinem **T**, pulchritudine **B** speciem] spetiem **GT** 14 retinuitque] retinuit **B** 16 Brittania] Brittania * **G**, m *eras.*, Brittañia **B**, Britannia **AT**? 17 electus] elect' ⁝ **G**, qꝫ *eras.* aestimaret] extimaret **T** 18 neque] nec **B** commeatus] comeatus **T** inscitiam] iustitiam **B** 19 rettulit] retulit **ABGT** provinciam] prouintiam **A** 21 exercitatior] exercitatior x **G** Brittania] Brittañia **B**, Britannia **AT**? intercepti *Puteolanus*: intersepti **ABGT** 23 provinciae] prouintię **A** 26 degressus] digressus **A** *corr.* **B** 28 anteponendo] appetendo **B** 30 proconsulem] Procunsulem **A**, procōs **B** provincia] prouintia **A** 31 ac] et **B** proconsul] procos **B** quantalibet facilitate] quantilibet fęlicitate **B** 32 Auctus est ibi filia] Nactus est ibi filiam **GT**, *sed in* **G** *add. corr. in margine* Auct' ē ibi filia ac] et **AB** solacium] solatium **ABG** 33 quaesturam] preturā questurā **A** ac] et **B** 34 quiete] quietis **B** otio] ocio **ABG** transiit] transit **AGT** temporum] ip̄m **B** 35 praeturae] praetur̊ę **G** tenor *Rhenanus*: certior **ABGT** obvenerat] et obuenerat **B** 36 rationis] luxurię **B** propior] proprior **B** 37 *ef*fecit *Heinsius*: fecit **ABGT** 38 cuius] cuiuis **B**

7 Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius afflixit. Nam classis Othoniana licenter vaga dum Intimilium (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat. Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est. Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante: is missum ad dilectus agendos Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimae legioni tarde ad sacramentum transgressae praeposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur. Quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat nec legatus praetorius ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio. Ita successor simul et ultor electus rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos quam fecisse.

8 Praeerat tunc Brittaniae Vettius Bolanus placidius, quam feroci provincia dignum est: temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit, ne incresceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere. Brevi deinde Brittania consularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat: saepe parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex eventu praefecit. Nec Agricola umquam in suam famam gestis exultavit: ad auctorem ac ducem ut minister fortunam referebat. Ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando extra invidiam nec extra gloriam erat.

9 Revertentem ab legatione legionis Divus Vespasianus inter patricios adscivit ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit, splendidae inprimis dignitatis administratione ac spe consulatus, cui destinarat. Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura et obtusior ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia quamvis inter togatos facile iusteque agebat. Iam vero tempora curarum remissionumque divisa: ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis, intentus, severus et saepius misericors; ubi officio satis factum, nulla ultra potestatis persona, tristitiam et arrogantiam et avaritiam exuerat. Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem aut severitas amorem deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui saepe etiam boni indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit: procul ab aemulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores et vincere inglorium et atteri sordidum arbitrabatur. Minus triennium in ea legatione detentus ac statim ad spem consulatus revocatus est comitante opinione, Brittaniam ei provinciam dari, nullis in hoc ipsius sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama, aliquando et eligit. Consul egregiae tum spei filiam iuveni mihi despondit ac post consulatum collocavit, et statim Brittaniae praepositus est adiecto pontificatus sacerdotio.

1 annus] annū **B** afflixit] adflixit **B** classis] claxis **T** *m. pr.* 2 Intimilium *Mommsen*: in templo **ABGT** matrem] nam matrem **GT**, *sed* nam *in* **G** *nunc eras.* 3 causa] casua **T** *m. pr.* 4 sollemnia] solemnia **ABGT** affectati] affecti **G** *m. pr.* 5 deprehensus] dephensus **G**, deprehensus est **B** partes] partis **B** est] *om.* **B** Mucianus] Mutianus **ABG** 7 dilectus] delectus **ABGT** versatum] uersantē **A** *m. pr.* vicesimae] uigesimę **B** 8 ubi] ubi cum **G**, *expunx. m. pr.* 9 potens] *in* **G** *add. in margine m. pr.* potest, *sed nunc eras.* 10 ultor] ulctor **ABGT**, *sed* c *in* **A** *expunct.* 11 bonos] donos **B** 12 Brittaniae] Brittāniae **G**, britanniae **ABT**? Vettius] vetius (c above) **A** Bolanus] Volanus **AGT** provincia] prouintia **A** 13 obsequi] *in* **G** *add. in margine m. pr.* consequi, *sed nunc eras.* 13 Brittania] britannia **ABT**? Petilium] *in* **G** *add. in margine* petillū Cerialem] caerialem **AGT** Habuerunt] *in* **G** *add. in margine* habuit 15 virtutes] uirtutes (i above) **G** spatium] spacium **A** exemplorum] *in* **G** *add. in margine* exēplar Cerialis] Caerialis **AG** 20 patricios] patritios **BGT** adscivit] ascivit **G** *m. pr.* 21 provinciae] prouintię **A** Aquitaniae] aequitanię **B** praeposuit] proposuit **B** 22 deesse] adesse **B** 23 obtusior] optusior **G** *m. pr.* fori non] forē **B** 24 tempora] temporis et **B** 25 iudicia] iuditia **A** 26 nulla .. persona *Rhenanus*: nullam .. personam **ABG** *m. pr.*, nullam .. persona **G** *corr.* **T** avaritiam] auariciam **A** 27 facilitas] facultas **B** deminuit] diminuit **AB** 28 fuerit] fieret fuerit **G**, *expunx. m. pr.* 29 saepe etiam] etiam saepe **B** ostentanda *Rhenanus*: ostentandam **ABGT** virtute] uĩte **A** *m. pr.*, uirtute* **G**, m *eras.* quaesivit] quaesiit **GT** 31 atteri] acteri **B** 32 Brittaniam] Brittanniam **GT**, Britanniam **AB** provinciam] prouintiam **A** ipsius] suis **AB** 33 Haud] aut **B** errat] erat **B** eligit] elegit **AB** 34 egregiae *Puteolanus*: *graeciae **G**, graeciae **AT**, gratę **A** *in margine*, grate **B** ac post] & post **B** Brittaniae] Brittanniae **GT**, britannię **AB**

Brittaniae situm populosque multis scriptoribus memoratos non in comparationem curae ingeniive referam, sed quia tum primum perdomita est: ita, quae priores nondum comperta eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Brittania, insularum, quas Romana notitia complectitur, maxima, spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur, septentrionalia eius nullis contra terris vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Brittaniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere — et est ea facies citra Calidoniam, unde et in universum fama est —, transgressis et inmensum et enorme spatium procurrentium extremo iam litore terrarum velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Brittaniam adfirmavit. Ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque. Dispecta est et Thule, quia hactenus iussum et hiems appetebat. Sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent ne ventis quidem perinde attolli: credo, quod rariores terrae montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur. Naturam Oceani atque aestus neque quaerere huius operis est, ac multi rettulere: unum addiderim, nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus adcrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire et iugis etiam ac montibus inseri velut in suo. **10**

Ceterum Brittaniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros parum compertum. Habitus corporum varii, atque ex eo argumenta. Namque rutilae Calidoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem asseverant; Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos veteres traiecisse easque sedes occupasse fidem faciunt; proximi Gallis et similes sunt, seu durante originis vi, seu procurrentibus in diversa terris positio caeli corporibus habitum dedit. In universum tamen aestimanti Gallos vicinam insulam occupasse credibile est. Eorum sacra deprehendas superstitionum*que* persuasione*m*, sermo haud multum diversus, in deposcendis periculis eadem audacia et, ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociae Brittanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque bellis floruisse accepimus, mox segnitia cum otio intravit amissa virtute pariter ac libertate. Quod Brittannorum olim victis evenit: ceteri manent, quales Galli fuerunt. **11**

In pedite robur: quaedam nationes et curru proeliantur. Honestior auriga, clientes propugnant. Olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis *dis*trahuntur. Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus: ita singuli pugnant, universi vincuntur. **12**

1 Brittaniae] Brittanniae **GT**, Britanniae **AB** 2 ingeniive] ingemine **B** ita, quae] itaque **GT**, itaq̄ (que *suprascr.*) **A** 3 fide] fidē **A**, *in* **GT** *add. in margine* fides Brittania] Brittannia **GT**, Britannia **AB** notitia] noticia **A** 4 in orientem] morientem **G** 5 etiam] & **AB** 6 Brittaniae] Brittanniae **T** ?, britanniae **AB** 7 scutulae] scupulae **B** adsimulavere *Puteolanus*: adsimilauere **B**, assimilauere **AGT** Calidoniam] Caledoniam **AB**, calydoniam **G** 8 in universum] in *om.* **A** transgressis et *scripsi*: transgressis: sed **AB**, in **A** *add. in margine* Aƚ un̄ & uniūsis fama, transgressis: et uniuersis fama sed **T**, transgressis: unde & uniuersis fama sed **G**, *sed verba* unde & uniuersis fama sed *linea inclusa sunt et* aƚ *suprascr.* enorme] inorme **BG**, īnorme **A** spatium] spacium **A** 9 litore] littore **AGT** 10 Brittaniam] Brittanniam **T** ?, britanniam **AB** adfirmavit] affirmauit **AGT** 11 Orcadas] orchadas **GT** Dispecta] despecta **B** Thule *Ernesti*: thyle **AG**, Thile **T**, Tyle **B** 12 iussum] iusṣum **B** hiems] hyemps **T** appetebat] *add.* & ḥiẹṃṣ **G** 13 perinde *Grotius*: proinde **ABGT** attolli] actolli **B** 14 Oceani] occeani **G** neque] nec **B** 15 rettulere] retulere **ABG** dominari] dn̄ari **AB**, *sed in* **A** *in margine* dn̄ari *i. e.* dominari 16 litore] littore **ABGT** adcrescere] accrescere **ABT** 18 Brittaniam] Brittanniam **T** ?, britanniam **AB** coluerint] coluerunt **G** 19 Calidoniam *scripsi:* calydoniam (e *suprascr.*) **A**, calydoniam **GT**, Caledomā **B** 20 artus] arctus **T**, arcus **B** Germanicam] germanam **B** 21 Hispania *Muretus*: hispaniam **ABG** (*in* **G** *add. in margine* hiberia), hyspaniam **T** Hiberos] Hyberos **T**, hiberos (a *suprascr.*) **A**, Iberas **B** veteres] ueteres ueteres **A**, *sed alterum* ueteres *linea delet.* occupasse] hītasse **A**, *sed in margine add.* occupasse 22 vi *Rhenanus*: usu **ABGT** 23 aestimanti] ęstimati **A** 24 vicinam] *in* **G** *add. in margine* uacuam superstitionum*que* persuasione*m* *scripsi*: superstitionum persuasione **ABGT** 25 detrectandis eadem] detractandis ea **B** 26 Brittanni] britanni **AB** 27 bellis] in bellis **AB** otio] ocio **BG** 28 Brittannorum] britannorum **AB** 30 In] Im **A** *m. pr.* **BG** quaedam nationes] nationes quaedam **T** proeliantur] pręliantur **BG**, preliantur **A** 31 *dis*trahuntur] *Heinsius*: trahuntur **ABGT** 32 gentes] gentis **B** consulunt] consultant **T** *m. pr.* 33 tribusve] tribusque **AGT**

Caelum crebris imbribus ac nebulis foedum, asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram, nox clara et extrema Brittaniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exurgere, sed transire affirmant. Scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque caelum et sidera nox cadit. Solum praeter oleum vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta patiens frugum fecundumque. Tarde mitescunt cito proveniunt, eademque utriusque rei causa, multus umor terrarum caelique. Fert Brittania aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. Gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur: nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Brittania, prout expulsa sint, colligi. Ego facilius crediderim naturam margaritis deesse quam nobis avaritiam.

13 Ipsi Brittanni dilectum ac tributa et iniuncta imperii munia impigre obeunt, si iniuriae || absint: has aegre tolerant, iam domiti, ut pareant, nondum, ut serviant.

Igitur primus omnium Romanorum Divus Iulius cum exercitu Brittaniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia et in rem publicam versa principum arma, ac longa oblivio Brittaniae etiam in pace: consilium id Divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. Agitasse Gaium Caesarem de intranda Brittania satis constat, ni velox ingenio mobili paenitentiae et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor i*ter*ati operis transvectis legionibus auxiliisque et adsumpto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturae mox fortunae fuit: domitae gentes, capti reges et monstratus fatis Vespasianus.

14 Consularium primus Aulus Plautius praepositus ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius, redactaque paulatim in formam provinciae proxima pars Brittaniae addita insuper veteranorum colonia. Quaedam civitates Cogidumno regi donatae (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit), ut vetere ac iam pridem recepta populi Romani consuetudine haberet instrumenta servitutis et reges. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quae fama aucti officii quaereretur. Didium Veranius excepit, isque intra annum extinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio prorperas res habuit subactis nationibus firmatisque praesidiis. Quorum fiducia Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus terga occasioni patefecit.

15 Namque absentia legati remoto metu Brittanni agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando accendere: nihil profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur. Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos inponi, ex quibus legatus

1 Caelum] Coelum **A** imbribus] hymbribus **A** abest] est **B** 2 Brittaniae] brittanniae **GT**, britanniae **AB**, *in* **B** Britanniae *collocata est post insequentem vocem* parte initium] inicium **A** 4 et exurgere] nec exurgere **B** affirmant] adfirmant **B** 5 humili] non humili **G** caelum] coelum **A** et] ac (&) **A** sidera] sydera **AB** 6 fecundumque *scripsi*: pecudumque, *sed in margine add.* fecūdū **GT**, foecundum **A**, fecundum **B** 7 umor] humor **ABGT** terrarum] terrarumque **B** caelique] coelique **A** Brittania] britannia **ABGT**? 8 pretium] precium **A**, prętium **B** victoriae] uictoria **B** Oceanus] occeanus **G** subfusca] suffusa **B**, *in* **GT** *add. in margine* subfusa 9 liventia] liuenta **B** Quidam] cuidam **G** *m. prim.* artem abesse] abesse artem **T** 10 Brittania] brittannia **GT**?, britannia **AB** 12 Brittanni] britanni **AB** dilectum **G** *m. sec.*: delectum **ABG** *m. pr.* **T** imperii] imperii munia **G**, *qui hic desinit* munia **Ht**: munera **ab** 13 tolerant] tollerant **at** || 14 primus] primum **H** *m. pr.* Brittaniam] britanniam **Habt** 15 terruerit] terruerint **t** litore] littore **at** 16 Brittaniae] britanniae **Habt** 17 etiam] iam **b** Augustus] agustus **H** Tiberius] Tyberius **t** praeceptum **H** *m. sec. in margine*, **a** *in margine*: praecipue **H**, precipue **a**, praecipu **t**?, pręceptū .i. **b** 18 Gaium] C **t**, Caium **ab** Brittania] brittannia **H** *m. sec.* **t**?, Britannia **ab** ingenio] ingenii **b** mobili] mouili **H** *m. pr.*, mobilis **b** 19 auctor i*ter*ati *Wexius*: auctoritate **Hb**, auctor **t**, autoritate **a** 20 initium] inicium **H** *m. pr.* 21 domitae *Puteolanus*: domitiae **Hab**, domitię **t** gentes] gentis **H** *m. pr.* **a b** 22 Plautius] Plantius **ab**, Plancius **a** *in margine* uterque] *litterae* te *in* **H** *in ras.* 23 egregius] aegregius **H** provinciae] prouintię **a** Brittaniae] brittaniae **t**?, britanniae **ab** 24 civitates] ciuitatis **H** *m. pr.* Cogidumno] Togidumno **H** *m. sec. add. in margine*, cogidunno **b** 25 mansit), ut vetere] *litterae* sit ut ue *in* **H** *in ras.* 26 et] *om.* **b** reges *Rhenanus*: regis **Habt** parta a prioribus] parta priore **H** *m. sec. add. in margine* 27 quae] que **H** *m. pr.* officii] offici **H** *m. sec.* 28 extinctus] extintus **H** 29 Monam] Nomā **b** 30 occasioni] occansioni **H** 31 Namque] Nanque **b** Brittanni] brittania **H** *m. pr.*, brittaNnia **H** *m. sec.*, Britanni **abt** conferre] comferre **Ht** 32 interpretando] inter prae tando **Ht**, interpretando **b** patientia] pacientia **a**, sapientia **b** 33 tolerantibus] tollerantibus **at** imperentur] imperātur **b** ex quibus *scripsi*:

in sanguinem, procurator in bona saeviret. Aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subiectis exitiosam. Alterius manus centuriones, alterius servos vim et contumelias miscere. Nihil iam cupiditati nihil libidini exceptum. In proelio fortiorem esse, qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et inbellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilectus, tamquam mori tantum pro patria nescientibus. Quantulum enim transisse militum, si sese Brittanni numerent? Sic Germanias excussisse iugum: et flumine, non Oceano defendi. Sibi patriam, coniuges, parentes, illis avaritiam et luxuriam causas belli esse. Recessuros, ut Divus Iulius recessisset, modo virtutem maiorum suorum aemularentur neve proelii unius aut alterius eventu pavescerent: plus impetus felicibus, maiorem constantiam penes miseros esse. Iam Brittannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem, qui relegatum in alia insula exercitum detinerent. Iam ipsos quod difficillimum fuerit, deliberare: porro in eius modi consiliis periculosius esse deprehendi quam audere.

His atque talibus invicem instincti Boudicca, generis regii femina, duce (neque enim sexum **16** in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum. Ac sparsos per castella milites consectati expugnatis praesidiis ipsam coloniam invasere ut sedem servitutis: nec ullum in barbaris ingeniis saevitiae genus omisit ira et victoria. Quod nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Brittania foret. Quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et proprius ex legato timor agitabat, ne quamquam egregius cetera adroganter in deditos et ut suae cuiusque iniuriae ultor durius consuleret. Missus igitur Petronius Turpilianus tamquam exorabilior et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior, compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere iam barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus, et interventus civilium armorum praebuit iustam segnitiae excusationem. Sed discordia laboratum, cum adsuetus expeditionibus miles otio lasciviret: sed Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis precario mox praefuit, ac velut pacta exercitus licentia, ducis salute ea seditio sine sanguine stetit. Nec Vettius Bolanus manentibus adhuc civilibus bellis agitavit Brittaniam disciplina: eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Brittaniam recuperavit, magni duces, egregii **17** exercitus, minutae hostium spes. Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis Brigantum civitatem,

& quibus **H** *m. pr.* & (e supra) quibus **H** *m. sec.*, e quibus **abt** 1 procurator] procuratur **H** *m. pr.* 2 exitiosam] exiciosam **H** *m. pr.* manus] manum **abt**, *qui scripturam codicis* **H** man' *falso interpretati sunt* centuriones *Rhenanus*: centurionis **Habt** contumelias] cōtumelias **H** miscere] **H** *m. sec. add. in margine* ciere 3 proelio] praelio **Hb**, prelio **a** fortiorem] forciorem **H** *m. pr.* 4 inbellibus] imbellibus **t**, imbeçillibus **a**, imbellius **b** dilectus] delectus **H** *m. sec.* **abt** 5 si] si & **H** *m. pr.* Brittanni] britanni **Habt** 6 excussisse] **H** *in ras.* flumine] *litterae* mine *in* **H** *in ras.* coniuges] coniugis **H** *m. pr.* 7 avaritiam] auariciam **a** 9 felicibus] *om.* **ab** penes] paenes **Ht** Brittannorum] britannorum **Habt** 11 quod] quos (d supra) **a** 13 Boudicca *Haasius*: uo adicca **Ht**, *in quibus in margine add.* bouid icta, Voadicca **a**, Voaduca **b** femina] foemina **a** neque] nec **b** 14 imperiis] inperiis **H** 15 ingeniis] *om.* **ab** 16 et victoria] *in* **H** *litterae* & uı *in ras.* provinciae] prouintiae **a** 17 Brittania] brittannia **t**?, Britannia **ab** proelii] praelii **ab** patientiae] pacientiae **H** *m. pr.* 18 plerisque] plerique **b** proprius] propius **abt** ne quamquam *Walchius*: nequaquam **Habt**, *in* **Ha** *add. m. sec. in margine* nequā 19 egregius] aegregius **H** cetera] coetera **a**, cętera **b** adroganter] arroganter **ab** cuiusque *Wexius*: eiusque **Habt** durius] *in* **H** *add. m. sec. in margine* dubius 20 novus] nouis **b** eoque] q. **H**, *m. sec. supra vsm. add.* eo paenitentiae] poenitentiae **a** 21 ausus] ausis **b** provinciam] prouintiam **Ha** 22 curandi] *litterae* cu *in* **H** *in ras.* provinciam] prouintiam **Ha** 24 segnitiae excusationem] seuitię accusationem **b** 25 otio] ocio **b** lasciviret] lascіueret **a** sed] *om.* **ab**, *in* **H** *del. m. sec.* Trebellius] tribellius **H** *m. pr.* indecorus] indecoris **abt**: *nam in* **H** *ut saepius scriptum est* indecorų 26 precario] praecario **Hb** praefuit] praebuit **H** *m. pr.*, fuit **b** ac velut pacta exercitus licentia, ducis salute *scripsi*: ac uelut facta exercitus licentia ducis salute **H**, *sed m. sec. del.* facta exercitus licentia ducis salute *et in margine inferiore add.* pacti exercitus licentiā dux salutem; **t** *om. verba post* praefuit *et in margine* ac uelut pacti exercitus licentiam dux salutem *add.*, ac uelut pacti exercitus licentiā dux salute **b**, ac uelut pacti exercitus licentiā dux salutē **a**, *sed in margine add.* At facta exercitus licētia ducis salute ea *Doederlinus*: & **Habt** 27 Vettius] uectius **abt** Bolanus] uolanus **Hat** Brittaniam] brittanniam **t**?, Britanniam **ab** 28 eadem] et eadem **b** inertia] in hertia **t** hostes] hostis **b** Bolanus] uolanus **Hat** 30 cetero] coetero **a**, cętero **b** Brittaniam] brittanniam **H** *m. sec.* **t**?. Britanniam **ab** 31 minutae] minuta **H** *m. sec.* **abt**. Petilius] Petillius **t** Cerialis] caerealis **Hat**, cerealis **b** Brigantum] bregantum **Ha** *ex corr.* **bt**, Bregantium **a** *m. pr.*

quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. Multa proelia, et aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus est aut bello. Et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset: subiit sustinuitque molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

18 Hunc Brittaniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit. Cum et milites velut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem verterentur, Ordovicum civitas haud multo ante adventum eius alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat, eoque initio erecta provincia. Et, quibus bellum volentibus erat, probare exemplum ac recentis legati animum opperiri, cum Agricola, quamquam transvecta aestas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum incohaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit. Contractisque legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. Caesaque prope universa gente non ignarus, instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore, Monam insulam, cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Brittaniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. Sed ut in subitis consiliis naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. Depositis omnibus sarcinis lectissimos auxiliarium, quibus nota vada et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente inmisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui navis qui mare expectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petita pace ac dedita insula clarus ac magnus haberi Agricola, quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem et officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus expeditionem aut victoriam vocabat victos continuisse: ne laureatis quidem gesta prosecutus est. Sed ipsa dissimulatione famae famam auxit aestimantibus, quanta futuri spe tam magna tacuisset.

19 Ceterum animorum provinciae prudens simulque doctus per aliena experimenta parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excidere. A se suisque orsus primum domum suam coërcuit, quod plerisque haud minus arduum est quam provinciam regere. Nihil per libertos servosque publicae rei, non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire, sed optimum quemque fidissimum putare; omnia scire, non omnia exequi; parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec poena semper, sed saepius paenitentia contentus esse; officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare, cum pecassent. Frumenti et tributorum exactionem aequalitate munerum mollire circumcisis, quae in quaestum reperta ipso tributo gravius tolerabantur. Namque per ludibrium

1 provinciae] prouintiae **Ha** adgressus] aggressus **a**, agressus **b** proelia] prelia **a**, prelia **b** 2 Brigantum] bregantum **Ha** *m. sec.* **t**, Bregantium **a** *m. pr.* **b** Cerialis] cerealis **Hbt**, caerealis **a** 3 subiit] *om.* **H** *m. pr.* **ab** sustinuitque] Substinuitque **b** 4 gentem armis] armis gentem **H**, *sed postea corr.* gentem armis gentem 5 locorum quoque] loco24q; **b** 6 Brittaniae] britaniae **H** *m. sec.*, brittanniae **t**?, Britanniae **a**, Britannia **b** aestate] atate (es) **H**, *corr. m. sec.*? 7 occasionem] occansionem **Ht** verterentur] uterentur **Hat** 8 haud] haut **H**, *sed nescio an* h *ante versum add. m. sec. sit.* 9 provincia] prouintia **Ha** 11 provinciam] prouintiam **H** apud] aput **H** *m. pr.* incohaturo] incoaturo **H** *m. pr.* **a** *m. pr.*, inchoaturo **t**? 13 in aequum] inaecum **Ht** degredi] digredi **ab** Ordovices] ordouicis **H** *m. pr.* 14 ceteris] coeteris **a**, ceteris **b** animus] animo **H** *m. pr.* erexit] *in ras.* **H** 16 Monam] Nomam **b** cuius] cumius **H** *m. pr.* Brittaniae] brittanniae **Ht**?, britanniae **ab** 17 subitis] subbitis **t**, dubiis **ab** 18 transvexit] transuex̄ **H**, *m. sec.* s *del.*, tranuex̄ **a**, tranare extra **b** 19 patrius] prius **b** 21 petita] potita **b** 22 provinciam] prouintiam **H** 23 prosperitate] speritate **H** *m. pr.* 24 continuisse] continuit si **H** *m. pr.* ne] nec **b** 25 aestimantibus] aextimantibus **t** 26 Ceterum] Coeterum **a** provinciae] prouintiae **H** aliena] aliena exempla **a** 27 iniuriae] incurię **b** primum **b**: primam **Hat** 28 coërcuit] cohercuit **Habt** haud] haut **H** provinciam] prouintiam **Ha** 29 libertos] liberos **a** privatis] priuatius **b**, priuatvs **a** *m. sec.*, *in margine add.* **Ht** priuatus commendatione] comendatione **t** precibus] praecibus **Hb** 30 militesve ascire *Wexius*: milites (Ne) scire **H**, Ne *add. m. antiq.*, milites nescire **abt** 31 commodare] comodare **t** 32 paenitentia] poenitentia **ab** 33 exactionem aequalitate *Puteolanus*: auctionemae qualitate **H** *m. pr.*, auctionē aequalitate **H** *m. sec.*, auctionem equalitate **t**, auctionē inaequalitate **a**, *praeterea in* **Hat** *add. in margine* exactionem, exactionem inequalitate **b**, *qui in margine habet* auctionem 34 quaestum] questum **Hab** tolerabantur] tollerabantur **t**

adsidere clausis horreis et emere ultro frumenta ac luere pretio cogebantur, devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates *pro* proximis hibernis in remota et avia deferrent, donec, quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.

20 Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit, quae vel incuria vel intolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur. Sed ubi aestas advenit, contracto exercitu multus in agmine laudare modestiam, disiectos coërcere, loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetemptare, et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur, atque, ubi satis terruerat, parcendo rursus inritamenta pacis ostentare. Quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae tanta ratione curaque, ut nulla ante Brittaniae nova pars *pariter* inlacessita transierit.

21 Sequens hiems saluberrimis consiliis absumpta. Namque, ut homines dispersi ac rudes eoque in bella faciles quieti et otio per voluptates adsuescerent, hortari privatim, adiuvare publice, ut templa, fora, domos extruerent, laudando promptos, castigando segnes: ita honoris aemulatio pro necessitate erat. Iam vero principum filios liberalibus artibus erudire et ingenia Brittannorum studiis Gallorum anteferre, ut, qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor et frequens toga. Paulatimque descensum ad delenimenta vitiorum, porticus et balinea et conviviorum elegantiam. Idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.

22 Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit vastatis usque ad Tanaum (aestuario nomen est) nationibus. Qua formidine territi hostes quamquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum lacessere non ausi, ponendisque insuper castellis spatium fuit. Adnotabant periti non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse: nullum *ab* Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut pactione ac fuga desertum [craebrae eruptionis]. Nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. Ita intrepida ibi hiems, et sibi quisque praesidio inritis hostibus eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hibernis eventibus pensare tum aestate atque hieme iuxta pellebantur. Nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit: seu centurio seu praefectus incorruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur: ut erat comis bonis, ita adversus malos iniucundus. Ceterum ex iracundia nihil erat secretum, ut silentium eius non timeres: honestius putabat offendere quam odisse.

23 Quarta aestas obtinendis, quae percucurrerat, insumpta; ac si virtus exercitus et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Brittania terminus. Namque Cloda et Bodotria diversi

1 adsidere] ads[e]idere **H**, *corr. m. pr.* horreis] [h]orreis **H**, *corr. m. pr.*, hordeis **a** *m. pr.* luere] ludere **ab** pretio] praecio **H** devortia *Lipsius:* diuortia **Habt** 2 longinquitas] loginquitas **H** civitates] ciuitatis **H** *m. pr.* *pro add. Bezzenberger* hibernis] hybernis **a** 3 in promptu] impromptu **t** 4 incuria] sine curia **H** *m. pr.*, ~~sine~~ incuria **H** *corr. m. antiq.* 5 intolerantia] intollerantia **at** haud] haut **H** *m. pr.* contracto] contractu **H** *m. pr.* 6 multus] multum **a** *ex corr.* **b** coërcere] cohercere **Habt** aestuaria] aestu[a]ria **H**, *corr. m. pr.* 7 praetemptare] pretentare **b** apud] aput **H** *m. pr.* hostes] hostis **b** 8 inritamenta] irritamenta **H** *m. sec.* **a** *m. pr.* **bt**, incitamenta **a** *ex corr.* 10 tanta] et tanta **abt**, *in* **H** *m. antiq. add.* & Brittaniae] brit[n]tania **H** *ex corr. m. antiq.*, Britanniae **ab**, brittanniae **t**? 11 *pariter add. Weissenbornius* inlacessita] illacessita **ab** 12 hiems] hiemps **H**, hyemps **t**, hyems **ab** saluberrimis] saluberrimus **b** absumpta *Rhenanus*: adsumpta **Habt** 13 in bella *Bosius*: in bello **Habt** quieti et otio] qui&i in otio **H**, *sed in margine add. m. sec.* et otio, qui & in otio **t**, quieti et ocio **b** adsuescerent] assuescerent **b** adiuvare] adiuuari **H** *m. pr.* 14 castigando] et castigando **ab** honoris aemulatio] honor et aemulatio **H** *m. pr.* 15 Brittannorum] brittanorum **H** *m. pr.*, britannorum **H** *m. sec.* **abt**? 17 descensum *Pichena*: discessum **Habt** delenimenta] delinimenta **a**, deliniamenta **b** 18 balinea] bal[i]nea **a**, balneas **b**, *in* **H** *add. in margine* balnea apud] aput **H** *m. pr.* 20 gentes] gentis **b** ad Tanaum] *in* **H** *et* **t** *add. in margine* ad taum, *in* **a** Taus siue Tanaus 22 ausi] auxi **H** *m. pr.* castellis] *in* **H** *et* **a** *add. in margine* telis 23 opportunitates] oportunitates **b** *ab* Agricola **ab**: agricola **Ht**, *in* **H** *add. m. sec. in margine* ab 24 ac] aut **b**, *in* **H** *add. in margine* aut [craebrae eruptionis] *delevi: in* **H** *m. sec.* craebrae eruptiones *corr.*, crebrae eruptiones **abt** 25 obsidionis] eruptionis obsidionis **a** annuis] adnuis **H**, *corr. m. rec.* hiems] hiemps **H**, iemps **t**, hyems **a** praesidio] pressidio **a** 27 hieme] hyeme **ab** iuxta] iusta **t** avidus] auidius **b** 28 Apud] aput **H** *m. pr.* 29 conviciis **H** *m. sec.* **a** *m. sec.*: conuitiis **H** *m. pr.* **t**, conuiuiis **a** *m. pr.* **b** iniucundus] iniocundus **a** Ceterum] Coeterum **a**, ceterum **b** 30 erat **H** *m. pr.*: supererat **H** *m. sec.* **abt** 31 percucurrerat] percurrerat **b** exercitus **H** *m. pr.*: exercituum **H** *m. sec.* **abt** 32 gloria] *om.* **b** Brittania **H** *m. pr.*: britannia **H** *m. sec.* **abt**?

maris aestibus per immensum revectae angusto terrarum spatio dirimuntur. Quod tum praesidiis firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur summotis velut in aliam insulam hostibus.

24 Quinto expeditionum anno in oram proximam transgressus ignotas ad id tempus gentes crebris simul ac prosperis proeliis domuit eamque partem Brittaniae, quae Hiberniam aspicit, copiis instruxit, in spem magis quam ob formidinem, si quidem Hibernia medio inter Brittaniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna valentissimam imperii partem magnis in vicem usibus miscuerit. Spatium eius, si Brittaniae comparetur, angustius nostri maris insulas superat, solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Brittania differ*unt* in melius, aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat ac specie amicitiae in occasionem retinebat: saepe ex eo audivit legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse, idque etiam adversus Brittaniam profuturum, si Romana ubique arma et velut et conspectu libertas tolleretur.

25 Ceterum aestate, qua sextum officii annum incohabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra gentium et infesta hostibus exercitus itinera timebantur, portus classe exploravit. Quae ab Agricola primum adsumpta in partem virium sequebatur egregia specie, cum simul terra, simul mari bellum impell*ere*tur ac saepe isdem castris pedes equesque et nauticus miles mixti copiis et laetitia sua quisque facta, suos casus attollerent ac modo silvarum ac montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc victus Oceanus militari iactantia compararentur. Brittannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tamquam aperto maris sui secreto ultimum victis perfugium clauderetur. Ad manus et arma conversi Calidoniam incolentes populi magno paratu, maiore fama, uti mos est de ignotis. Oppugnare ultro castellum adorti metum ut provocantes addiderant, regrediendumque citra Bodotriam et cedendum potius, quam pellerentur, ignavi specie prudentium admonebant, cum interim cognoscit hostis pluribus agminibus inrupturos. Ac ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tres partes exercitu incessit.

26 Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio universi nonam legionem ut maxime invalidam nocte adgressi inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus inrupere. Iamque in ipsis castris pugnabatur, cum Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adici clamorem. Et propinqua luce fulsere signa. Ita ancipiti malo territi Brittanni, et nonanis redit animus. Ac securi pro salute de gloria certabant, ultro quin etiam erupere, et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsi hostes, utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio viderentur. Quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.

2 atque] adque **H** *m. pr.* propior] proprior **Hbt** 3 in oram proximam *scripsi:* naue prima **Habt** transgressus] trangressus **Ht** gentes] gentis **b** 4 Brittaniae] britanniae **H** *m. sec.* **abt**? 5 instruxit] instrucxit **H** *m. pr.*, intruxit **a** ob] in **b** Brittaniam] britanniam **H** *m. sec.* **abt**? 6 Hispaniam] hyspaniam **t** opportuna] oportuna **bt** valentissimam] uolentissimam **H** *m. sec.* 7 Brittaniae] britanniae **H** *m. sec.* **abt**? 8 haud] haut **H**, *sed* h *ante versum m. pr.*? Brittania] britannia **H** *m. sec.* **abt**? differ*unt* *Rhenanus*: differt **Habt**? 9 portusque per] portusque & **b** commercia] commertia **Hab** negotiatores] negociatores **H** *m. pr.* **ab** 10 gentis] *in* **H** *add. m. sec. in margine* gente specie] spetiae **H** amicitiae] amiciciae **ab** occasionem] occansionem **Ht** 11 audivit *Heidenheim*: audiui **Habt** 12 Brittaniam] britanniam **H** *m. sec.* **abt**? 13 Ceterum] Caeterum **ab** incohabat] inchoabat **t**, cohabat **b** Bodotriam] uo dotriam **H**, *sed m. rec. add. in margine* bodoгʰam, uodotriam *et in margine* bodotʰam **t** 14 hostibus *Becker*: hostilis **Habt**, in **H** *add. m. sec. in margine* hostili exercitu timebantur] timebant **ab** 15 exploravit] explorabit **H** *m. pr.* virium] *in* **H** *add. m. sec. in margine* uinum 16 impell*ere*tur *Rhenanus*: impellitur **Habt** 17 mixti] misti **b**, *in* **H** *add. in margine* mixto. laetitia] laeticia **H** *m. pr.* **a** attollerent] adtollerant **H** *m pr.*, adtollerent **a** 18 ac montium] ac *om.* **H** *m. pr.* fluctuum] fluctum **H** *m. pr.* 19 compararentur] comperarentur **H** *m. pr.* Brittannos] britannos **H** *m. sec.* **abt**? 21 Calidoniam] calydoniam **H** incolentes] incolentis **H** *m. pr.* **ab** magno paratu] paratu magno **ab** 22 Oppugnare] oppugnase **H** *m. pr.*, oppugnasse **abt** castellum] castella^{um} **a**, castella **b**, *in* **Ht** *add. in margine* castella 23 et cedendum] excedendum **H**, *in margine pro* ex *ascr.* &, et excedendum **ab** 24 agminibus] acminibus **H** *m. pr.* inrupturos] irrupturos **abt** 25 tres] tris **b** 26 cognitum] incognitum **H**, *sed. m. sec. del.* in. 27 nocte adgressi] noctē agressi **b** inrupere] irrupere **b**, īrumpe **a** 29 peditumque] que *om.* **H** *m. pr.*, *add. m. rec.* 30 Brittanni] Britanni **H** *m. sec.* **at**?, Britannii **b** nonanis] Romanis **H** *ex corr. m. rec.* **ab** 32 portarum] partarum **H** *m. pr.* angustiis] angustis **H** *m. pr.* proelium] prẹlium **ab** hostes] hostis **H**, *sed in margine add.* hostes ut tulisse] intulisse **H** *m. rec.* **abt** 33 texissent] rexissent **b**

27 Cuius conscientia ac fama ferox exercitus nihil virtuti suae invium et penetrandam Calidoniam inveniendumque tandem Brittaniae terminum continuo proeli*or*um cursu fremebant. Atque illi modo cauti ac sapientes prompti post eventum ac magniloqui erant. Iniquissima haec bellorum condicio est: prospera omnes sibi vindicant, adversa uni inputantur. At Brittanni non virtute se victos, sed occasione et arte ducis rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus et sacrificiis conspirationem civitatum sancirent. Atque ita inritatis utrimque animis discessum.

28 Eadem aestate cohors Usiporum per Germanias conscripta et in Brittaniam transmissa magnum ac memorabile facinus ausa est. Occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam inmixti manipulis exemplum et rectores habebantur, tres Liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere. Et uno remigante suspectis duobus eoque interfectis nondum vulgato rumore ut miraculum praevehebantur. Mox aquam atque utilia rapt*um egr*essi cum plerisque Brittannorum sua defensantium proelio congressi ac saepe victores, aliquando pulsi eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. Atque ita circumvecti Brittaniam amissis per inscitiam regendi navibus pro praedonibus habiti primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt. Ac fuere, quos per commercia venumdatos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos indicium tanti casus inlustravit.

29 Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus anno ante natum filium amisit. Quem casum neque ut plerique fortium virorum ambitiose neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit. Et in luctu bellum inter remedia erat. Igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Brittannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Graupium pervenit, quem iam hostis insederat. Nam Brittan*n*i nihil fracti pugnae prioris eventu et ultionem aut servitium expectantes tandemque docti commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatium vires exciverant. Iamque super triginta milia armatorum aspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis iuventus et, quibus cruda ac viridis senectus, clari bello et sua quisque decora gestantes, cum inter plures duces virtute et genere praestans nomine Calgacus apud contractam multitudinem proelium poscentem in hunc modum locutus fertur:

30 'Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est hodiernum diem consensumque vestrum initium libertatis toti Brittaniae fore: nam et universi coaluistis servitutis expertes et nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum inminente nobis classe Romana. Ita proelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt.

1 conscientia] conscientiae **H** *m. pr.* virtuti] uirtutis **H** *m. pr.* penetrandam] penetrandum **b** Calidoniam] calydoniam **H**, caledoniam **t**? 2 Brittaniae] britanniae **H** *m. sec.* **abt**? proeli*or*um *Rhenanus*: proelium **Ht**, praelium **ab** 4 condicio est] conditione **H** *m. pr.*, condicione **H** *m. rec.*, conditio est **ab** omnes] omnis **H** *m. pr.* inputantur] imputantur **abt** Brittanni] britanni **H** *m. sec.* **abt**? 5 se victos] *om.* **ab** occasione] occansione **H** adrogantia] arrogantia **ab** 6 tuta] tura **H** *m. pr.* coetibus] cetibus **b** et] ac **abt** 7 civitatum] ciuitatium **b** Atque] adque **H** *m. pr.* inritatis] irritatis **ab** 8 Brittaniam] brittanias **H** *m. pr.*, britanniam **abt**? 10 inmixti] inmixtis **H** *m. sec.* **at**, inmistis **b** tres] Tris **b** Liburnicas] lyburnicas **t** 11 gubernatoribus] ubernatoribus **H** *m. pr.* 12 praevehebantur] prebebantur **t**, *sed in margine* preuehe, *in* **H** *add. in margine* pbebantur, *in* **a** prebe Aƚ aquam atque utilia rapt*um egr*essi cum *scripsi:* adquam adque ut illa raptis secum **H** *m. pr.*, ad aquam adque (atque **abt**) ut illa raptis secum **H** *m. sec.* **abt** 13 Brittannorum] britannorum **H** *m. sec.* **abt** 14 mox] morum **b** sorte] forte **H** Atque] adque **H** *m. pr.* 15 Brittaniam] Britanniam **abt**? inscitiam] scitiam **H** *m. pr.* primum] primo dum **b** 16 Suebis] sueuis **b** Frisiis] Phrisiis **b**. *In* **H** *add. m. rec. in margine* frisii commercia] commertia **H** *m. pr.* **ab** venumdatos] uenundatos **ab** 17 indicium] inditium **H**, iudicium **b** inlustravit] illustrauit **abt** 19 neque] nec **b** neque] nec **b** maerorem] moerorem **a**, merorem **b** 20 in luctu] *in* **H** *add. m. sec. in margine* inlustrans 21 praedata] praedatum **H** *m. pr.* Brittannis] britannis **H** *m. sec.* **abt** 22 Graupium] Graupiam (u *superscr.*) **a** 23 Brittan*n*i] brittani **H**, Britanni **ab**, Britanniam **t** 24 foederibus] federibus **a** 25 civitatium] ciuitatum **at**? adfluebat] adfluebant **H** *m. pr.* 26 viridis **H** *m. rec.* **abt**: uiris **H** *m. pr.*, *in margine add. m. sec* uirens *ut in* **at** 27 praestans] prestans **H** Calgacus] galgacus *in* calgacus *corr.* **a** apud] aput **H** *m. pr.* 29 Quotiens] *in* **H** *m. rec. add. in margine* or̄ calgaci intueor] intuero **b** hodiernum diem consensumque vestrum] consensūq. ūrm hodiernum diem **H** *m. pr.*, *sed m. sec. corr.* hodiernum diem *delens et ante* consensumque *intra versus addens* 30 consensumque] consensusque **b** Brittaniae] brittanniae **H** *m. pr.*, britanniae **H** *m. sec.* **abt**? coaluistis *scripsi:* colitis et **Ht**, *om.* **ab** 32 atque] adque **H** *m. pr.*

Priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Brittaniae eoque in ipsis penetralibus siti nec ulla servientium litora aspicientes oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. Nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus fama in hunc diem defendit: iam terminus Brittaniae patet. Atqui omne ignotum pro magnifico est. Sed nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus ac saxa et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequium ac modestiam effugias. Raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, mare scrutantur. Si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi, quos non Oriens, non Occidens satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt. Auferre, trucidare, rapere falsis
31 nominibus imperium atque, ubi solitudinem faciunt, pacem appellant. Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per dilectus alibi servituri auferuntur, coniuges sororesque, etiam si hostilem libidinem effugerunt, nomine amicorum atque hospitum polluuntur. Bona fortunaeque in tributum, ager atque annus in frumentum, corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emuniendis inter verbera et contumelias conterun*tur*. Nata servituti mancipia semel veneunt atque ultro a dominis aluntur: Brittania servitutem suam cotidie emit, cotidie pascit. Ac sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles in excidium petimur. Neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. Virtus porro ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus, et longinquitas ac secretum ipsum quo tutius, eo suspectius. Ita sublata spe veniae tandem sumite animum, tam quibus salus quam quibus gloria carissima est. Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra ac, nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere: nos integri et indomiti et in libertatem, non in patientiam *bel*laturi primo statim
32 congressu ostendamus, quos sibi Calidonia viros seposuerit. An eandem Romanis in bello virtutem quam in pace lasciviam adesse creditis? Nostris illi dissensionibus ac discordiis clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt. Quem contractum ex diversissimis gentibus ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent, nisi si Gallos et Germanos et (pudet dictu) Brittannorum plerosque, licet dominationi alienae sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam servos fide et adfectu teneri putatis. Metus ac terror sunt infirma vincla caritatis: quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt: nullae Romanos coniuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt, aut nulla plerisque patria aut alia est. Paucos numero iam, trepidos ignorantia, caelum ipsum ac mare et silvas, ignota omnia, circumspectantes clausos quodam modo ac vinctos dii vobis tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat. In ipsa

1 ac] *in* **H** *m. sec. add. in margine* ad 2 manibus] nauibus **b** Brittaniae] brittanniae **H**, britanniae **abt**? 3 ulla] *om.* **ab** litora] littora **a** contactu] *in* **H** *add. m. sec.* conpactu 4 fama *Boxhornius*: famae **Habt** defendit] defendi **t** iam *scripsi*: tum **H** *m. pr.*, nunc **H** *m. sec.* **abt** 5 Brittaniae] brittanniae **H** *m. sec.*, britanniae **abt**? patet] par& **H** *m. pr.* Atqui *scripsi*: adque **H** *m. pr.*, atque **H** *m. sec.* **abt** omne] *om.* **t** 6 ac] et **ab** 7 effugias] fugeris **a**, *sed corr. in* effugeris, exfugeris **b** defuere] defuerae **H** *m. pr.* terrae] terram et **H** *m. sec.* **abt** scrutantur] sc utrantur **H** *m. pr.* 8 ambitiosi] amuitiosi **H** *m. pr.* satiaverit] saciauerit **H** *m. pr.*, *m. rec. add. in margine* auaritia romanorum 9 atque] adque **H** *m. pr.* **t** adfectu] affectu **a** 10 atque] adque **H** 11 carissimos] c[h]arissimos **a** voluit] uolunt **t** *m. pr.* dilectus] delectus **H** *m. rec.* **abt** 12 effugerunt] effugiant **ab** atque] adque **H** *m. pr.* 13 fortunaeque] *in* **H** *add. m. rec. in margine* que; fortuna eque **t**, fortunę, quę **b**, fōtunae Quae **a**, *in quo in margine ascr.* q; ager atque *Iacobus*: ageratque **Ht**, aggerat **ab** annus] *in* **H** *add. m. rec. in margine* quot ānis 14 et] ac **abt** conterun*tur* *Iacobus*: conterunt **Habt** 15 atque] adque **H** *m. pr.* Brittania] Britannia **abt**? cotidie] quottidie **ab** cotidie] quottidie **ab** 16 etiam] *om.* **b** 17 Neque] nec **b** 19 imperantibus] inperantibus **H** 20 sumite] sumĩte **a** carissima] charissima **a**, clarissima **b** Brigantes] brigantes **H**, *sed m. rec.* **b** *del. et ante versum ascr.* B 21 femina] foemina **a** expugnare] & expugnare **b** felicitas] foelicitas **a**, fęlicitas **b** exuere] exurere **t** 22 in patientiam *bel*laturi *Woelfflinus*: in pęnitentiā laturi **H**, in penitentiam laturi **bt**, in poenitentiam laturi **a** 23 ostendamus] hostendamus **a** Calidonia] calydonia **Ht**, Caledonia **b** 24 dissensionibus] dissentionibus **b** 25 gloriam] gioriam **H** contractum] contactum **b** 26 dictu] dicto **H** *m. pr.* Brittannorum] Britannorum **abt**? 27 commodent *Puteolanus*: commendent **Habt** hostes] seruos hostes **a** 28 adfectu] affectu **H** *m. pr.* **at** Metus ac terror] terror ac metus **t** sunt *Beroaldus*: est **H** **abt** 30 exprobraturi **a** *m. sec.* **t**?: exprobaturi **Ha** *m. pr.* **b** 31 iam *scripsi*: cū **H**, *sed. m. sec. ante versum add.* cir, circum **abt** caelum] coelum **a** silvas] siluis **b** 32 vobis] nobis **abt**? 33 neque] nec **b** neque] nec **b**

hostium acie inveniemus nortras manus: adgnoscent Brittanni suam causam, recordabuntur Galli priorem libertatem, tam deserent illos ceteri Germani, quam nuper Usipi reliquerunt. Nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et iniuste imperantes aegra municipia et discordantia. Hic dux, hic exercitus, ibi tributa et metalla et ceterae servientium poenae: quas in aeternum perferre aut statim ulcisci in hoc campo est. Proinde ituri in aciem et maiores vestros et posteros cogitate.'

Excepere orationem alacres, ut barbaris moris, fremitu cantuque et clamoribus dissonis. 33
Iamque agmina et armorum fulgores, audentissimi cuiusque procursus, simul instruebatur acies, cum Agricola quamquam laetum et vix munimentis coërcitum militem accendendum adhuc ratus ita disseruit: 'Septimus annus est, commilitones, ex quo virtute et auspiciis imperii Romani, fide atque opera nostra Brittaniam vicistis. Tot expeditionibus, tot proeliis, seu fortitudine adversus hostes seu patientia ac labore paene adversus ipsam rerum naturam opus fuit: neque me militum neque vos ducis paenituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos finem Brittaniae non fama nec rumore, sed castris et armis tenemus: inventa Brittania et subacta. Equidem saepe in agmine, cum vos paludes montes*q*ue et flumina fatigarent, fortissimi cuiusque voces audiebam: 'quando dabitur hostis? quando acies?' Veniunt e latebris suis extrusi, et vota virtusque in aperto. Omniaque prona victoribus atque eadem victis adversa. Nam ut superasse tantum itineris, evasisse silvas, transisse aestuaria pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculosissima, quae hodie prosperrima sunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia aut commeatuum eadem abundantia, sed manus et arma et in his omnia. Quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est neque exercitus neque ducis terga tuta esse. Proinde et honesta mors turpi vita potior, et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt. Nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac naturae fine cecidisse. Si novae gentes atque ignota acies constitisset, 34
aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Hi sunt, quos proximo anno unam legionem furto noctis adgressos clamore debellastis, hi ceterorum Brittannorum fugacissimi ideoque tam diu superstites. Quo modo silvas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal contra ruere, pavida et inertia ipso agminis sono pelli*f*eruntur, sic acerrimi Brittannorum iam pridem ceciderunt, reliquus est numerus ignavorum et metuentium. Quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprensi sunt: novissimae res et extremo metu torpor defixere aciem in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus, inponite quinquaginta annis magnum diem, adprobate rei publicae numquam exercitui inputari potuisse aut moras belli aut causas rebellandi.'

Et adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas 35

1 Brittanni] britanni **abt**? 2 tam] itam **H** *m. pr., in quo m. sec. in margine add.* deserent illos ceteri germani tamquā, *om.* **ab** ceteri] coeteri **a**, cęteri **b** quam] tamquā **a**, tanq̄ **b** Usipi] vsipij **b** Nec quicquam **H** *m. sec.* **t**?: nequicquam **Ha**, nequaquam **b** 3 senum] senium **b** 4 aegra municipia] *in margine in* **H** *man. sec. add.* taetra mancipia, *item in* **at** ceterae] coeterę **a**, cęterę **b** 5 poenae] pęnę **b** 7 fremitu cantuque] cantu fremituque **ab** 8 procursus] procursu **H** *m. sec.* **abt** instruebatur] *in* **H** *m. sec. add. in margine* instituebatur, *item in* **a** 9 munimentis] monitis **Hat**, *sed in* **H** *m. sec. add. in margine* munimentis, *item in* **a** coërcitum] cohercitum **Hab** militem] milituͤm **a** 10 Septimus *Acidalius*: Octauus **Habt** *corr.*, Optauus **t** *m. pr.* atque] adque **H** *m. pr.* 11 Brittaniam] brittanniam **H** *m. pr.*, Britanniam **H** *m. sec.* **abt**? proeliis] pręliis **b** hostes] hostis **b** 12 neque vos] nec uos **b** 13 ego] ergo **b** exercituum] exercitum **H** *m. pr.* 14 Brittaniae] brittanniae **H**, britanniae **abt**? Brittania] brittannia **H** *m. sec.*, Britannia **abt**? 15 cum] quom **a** montes*q*ue *Urlichsius*: montesue **Habt** 16 voces] uocem **t** acies *Rhenanus*: animus **Habt** 17 Omniaque] omnia quae **Ht** 18 evasisse silvas] siluas euasisse **b**, syluas euasisse **a** transisse] transiisse **b** 19 ita *Rhenanus*: item **Habt** periculosissima] riculosissima **H** *m. pr.* locorum] locorum *ex* decorum *corr.* **a** 20 abundantia] abund atia **H** 21 neque exercitus] nec exercitus **b** 23 atque] adque **H** *m. pr.* 24 exercituum] exercitum **H** *m. pr.* 25 adgressos] aggressos **a**, agressos **b** 26 hi] hii **Ht** ceterorum] coeterorum **a**, cęterorum **b** Brittannorum] britannorum **H** *m. sec.* **abt**? silvas] syluas **a** 27 quodque] quoque **Habt**, *sed in* **a** *in margine add.* q̄dq· puto. ruere] *in* **H** *m. sec. in margine add.* ruebant pelli*f*eruntur *scripsi*: pellebantur **Habt** 28 Brittannorum] britannorum **abt** reliquus] reliquis **H** *m. pr.* et metuentium] dementium **H**, *sed m. sec. add. in margine* et metuentium, dementium et metuentium **t** 29 restiterunt] restituerunt **b**, *in* **a** *add. in margine*: quod tamdiu non inuenistis, restiterunt. Sic legendum puto deprensi] deprehensi **a**, depręhensi **b**, deprehensis **t** 30 torpor *Ritter*: corpora **Habt** 31 inponite] imponite **abt** adprobate[adprobatae **H**, approbate 32 inputari] imputare **ab** 33 adloquente] alloquente **abt**

consecuta est, statimque ad arma discursum. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quae octo milium erant, mediam aciem firmarent, equitum tria milia cornibus adfunderentur: legiones pro vallo stetere, ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellanti et auxilium, si pellerentur. Brittannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat ita, ut primum agm*en* in aequo, ceteri per adclive iugum conexi velut insurgerent, media campi covinnarius eques strepitu ac discursu conplebat. Tum Agricola superante hostium multitudine veritus, ne [simul] in frontem simul et latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat et arcessendas plerique legiones admonebant, promptior

36 in spem et firmus adversis dimisso equo pedes ante vexilla constitit. Ac primo congressu eminus certabatur: simulque constantia, simul arte Brittanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare vel excutere atque ipsi magnam vim telorum superfundere, donec Agricola quattuor Batavorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent. Quod et ipsis vetustate mil*it*iae exercitatum et hostibus inhabile parva scuta et enormes gladios gerentibus: nam Brittannorum gladii sine mucrone complexum armorum et in arto pugnam non tolerabant. Igitur ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora fodere et stratis, qui in aequo adstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes aemulatione et impetu conisae proximos quosque caedere. Ac plerique semineces aut integri festinatione victoriae relinquebantur. Interim equitum turmae, *ut* fugere covinnarii, peditum se proelio miscuere. Et quamquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant, minimeque aequa nostris iam pugnae facies erat, cum aegre clivo instantes simul equorum corporibus impellerentur. Ac saepe vagi currus, exterriti sine rectoribus

37 equi, ut quemque formido tulerat, transversos aut obvios incursabant. Et Brittanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paulatim et circumire terga vincentium coeperant, ni id ipsum veritus Agricola quattuor equitum alas ad subita belli retentas venientibus opposuisset, quantoque ferocius accucurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disiecisset. Ita consilium Brittannorum in ipsos versum, transvectaeque praecepto ducis a fronte pugnantium alae aversam hostium aciem invasere. Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere atque eosdem oblatis aliis trucidare. Iam hostium, prout cuique ingenium erat, catervae armatorum paucioribus terga praestare, quidam inermes ultro ruere ac se morti offerre: passim arma et corpora et laceri artus et cruenta humus. Et aliquando etiam victis ira virtusque. Postquam silvis adpropinquaverunt, iam primos

1 consecuta] consequuta **a**, consequta **b** 2 adfunderentur] affunderentur **abt** 3 bellanti *Rhenanus*: bellandi **Habt** 4 Brittannorum] Britannorum **abt**? editioribus] edicioribus **H** *m. pr.*, ęditioribus **a** 5 agm*en* in aequo, ceteri *Bekkerus*: agminae quo ceteri **H**, *in quo in margine m. sec. add.* quo steter, agmine quo ceteri **t**, agmine quo coeteri **a**, agmine quo cęteri **b** conexi *Halmius*: conuexi **Habt** 6 covinnarius] conuinnarius **Hat**, couinarius **b** eques strepitu] equestrepitu **H** *m. pr.* conplebat] complebat **abt**? 7 [simul] *del. Froelichius* latera] altera **b** 8 arcessendas] *in* **H** *add. in margine m. sec.* accersendas legiones] legionis **H** *m. pr., corr. m. sec.* 10 Brittanni] Britanni **abt**? caetris] coetris **a**, cetris **b** 11 excutere] excuterere **t** 12 quattuor] quatuor **t**, *om.* **ab** Batavorum] uataeuorum **H**, *sed m. sec.* e *del. et in margine add.* batauorū, $\overset{B}{V}$atauorum **a** 13 vetustate mil*it*iae] uetustatenniliae **H** inhabile] inabitabile **H** *m. pr., corr. m. sec.* 14 Brittannorum] Britannorum **abt**? armorum] arm$\overset{o}{a}$rum **a** 15 arto *Medicis*: aperto **Habt** Batavi] uatabi **Ht**, uataui **a** umbonibus] ịc̣ṭụṣ umbonibus **a** fodere et stratis *Ernestius*: foedare et tratis **Hab**, foedare et tractis **t**, *in* **Ha** *add. in margine* foede recti trates uel traces 16 aequo] equo **bt** coepere] capere **b** ceterae] coeterae **ab** aemulatione] emulatione **b** 17 conisae] connisae **ab** 18 equitum] aequitum **H** *ut add. Doederlinus* covinnarii] conuinnarii **ab** proelio] pręlio **b** 19 quamquam recentem] quaq̄ recentes **b** 20 aequa nostris iam *Anquetilius*: equestres ea enim **Hb**, *sed in* **H** *corr. m. sec.* equestris ei enim, equestr$\overset{i}{e}$s ea ·n· **t**, equestres: $\overset{i}{e}$a enim **a** aegre clivo instantes *Schoemannus*: aegra diu aut stante **H**, egra diu aut stante **abt** 21 equorum] aequorum **H** *m. pr., corr. m. sec.* exterriti] exterritis **H** *m. pr., corr. m. sec.* 22 Brittanni] britanni **abt**? 23 expertes] expertis **Hat** summa] sūmam **a** paucitatem] paucitate **H** *m. pr., corr. m. sec.* spernebant] spernabant **H** *m. pr., corr. m. sec.* degredi] digredi **b** 24 et] ac **b** circumire] circuire **b** coeperant] cęperant **b** ni] in **b** quattuor] quatuor **abt** 25 subita] subbita **t** accucurrerant] occurrerant **b** 26 pulsos] pulso **H** *m. pr., corr. m. sec.* Brittannorum] britannorum **abt** versum] uersus **t** 28 atque] adque **H** *m. pr., corr. m. sec.* oblatis] ablatis **abt**? 29 praestare] *in* **H** *m. sec. add. in margine* p̄bere 31 humus] lumus **H** *m. pr., corr. m. sec.* adpropinquaverunt] appropinquauerunt **ab**, apropinquauerunt **t** iam *scripsi*: nam **Ht**, ntem **a**, item **b**

sequentium incautos collecti et locorum gnari circumveniebant. Quod ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes indaginis modo et, sicubi artiora erant, partem equitum dimissis equis, simul rariores silvas equitem persultare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ceterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in fugam versi non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes, rari et vitabundi in vicem longinqua atque avia petiere. Finis sequendi nox et satietas fuit. Caesa hostium ad decem milia, nostrorum trecenti sexaginta cecidere, in quis Aulus Atticus praefectus cohortis, iuvenili ardore et ferocia equi hostibus inlatus.

Et nox quidem gaudio praedaque laeta victoribus: Brittanni palantes mixto virorum muli- 38 erumque ploratu trahere vulneratos, vocare integros, deserere domos ac per iram ultro incendere, eligere latebras et statim relinquere, miscere in vicem consilia factaque, dein separare, aliquando frangi aspectu pignorum suorum, saepius concitari. Satisque constabat saevisse quosdam in coniuges ac liberos, tamquam misererentur. Proximus dies faciem victoriae latius aperuit: vastum ubique silentium, deserti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obvius. Quibus in omnem partem dimissis, ubi incerta fugae vestigia neque usquam conglobari hostes compertum (et exacta iam aestate spargi bellum nequibat), in finis Borestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus praefecto classis circumvehi Brittaniam praecipit: datae ad id vires, et praecesserat terror. Ipse peditem atque equites lento itinere, quo novarum gentium animi ipsa transitus mora terrerentur, in hibernis locavit. Et simul classis secunda tempestate ac fama Trucculensem portum tenuit, unde proximo *anno* Brittaniae litore praelecto omni rediret.

Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut 39 erat Domitianus, fronte laetus, pectore anxius excipit. Inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum emptis per commercia, quorum habitus et crinis in captivorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam tot milibus hostium caesis ingenti fama celebrari. Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principem attolli. Frustra studia fori et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet: cetera utcumque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus optimum in praesentia statuit reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret: nam etiam tum Agricola Brittaniam obtinebat. Igitur triumphalia ornamenta et inlustris statuae honorem et, 40 quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni in senatu iubet addique

1 gnari *Dronkius*: ignari **Habt** ni frequens] infrequens **b** 2 indaginis] indagines **H** *m. pr., corr. m. sec.* artiora] arctiora **a** dimissis equis, simul] *in* **H** *add. m. sec. in margine*: dimissis qui simulati 3 silvas] syluas **a** equitem persultare *Rhenanus*: equite persultari **Hat**, equites perlustrari **b** iussisset] iusisset **H** 4 Ceterum] Coeterum **a** sequi] seque **H** *m. pr., corr. m. sec.* 5 versi] uersis **abt**? 6 satietas] sacietas **a**, sauetas **b** decem] dece **H**; ·X· **b** 7 trecenti sexaginta] trecenti LX **a**, CCCLX· **b** quis Aulus] qui saulus **H**, quis A. **b**, *sed corr. ex* quus praefectus] praes **b** iuvenili] iuuenali **H** *m. pr., corr. m. rec.* ferocia] ferotia **H** *m. pr., corr. m. rec.* 9 Brittanni] britanni **t**? Britannique **ab** palantes] palantas (e *suprascr.*) **a** mixto] mixtoque **ab** 10 ploratu] plorato **H**, proratu **b** vocare] notare **t** 11 factaque *scripsi*: aliqua **Habt** dein] deiñ (*i. e.* deinde) **b** separare] separe **ab** 13 misererentur] misererēt **b** 14 ubique] ibique **H** *m. pr., corr. m. sec.* deserti *Ernestius*: secreti **Habt** 15 dimissis] demissis **H** *m. pr., corr. m. sec.* vestigia] uęstigia **b** compertum] conpertum **a** 16 et] *om.* **H** *m. pr., add. m. sec.* aestate] extate **t** deducit] *in* **H** *add. m. sec. in margine* reducit 17 praefecto] profecto **b** Brittaniam] brittanniam **H**, britanniam **abt** 19 terrerentur] terrentur **b** hibernis] hybernis **ab** 20 Trucculensem] trutulens est **b**, *in* **H** *add. m. sec. in margine* trutulensē, *in* **a** Ał Trutu *anno add. Madvigius* Brittaniae] brittanniae **H** *m. pr.*, britanniae **H** *m. sec.* **abt** litore *Pichena*: latere **Habt** praelecto] prelecta **H**, lecto **ab**, *in* **a** *add. in margine* Ał Praelecto, *in* **H** *m. sec.* latere lecto omni] omnis **H** *m. pr., corr. m. sec.* rediret *Madvigius*: redierat **Habt** 21 nulla] ulla **H** *m. pr.*, n *suprascr. m. sec.*, ulla **t**, in illa **b** epistulis] epistolis **at** auctum *Lipsius*: actum **Habt** 22 erat Domitianus] Domitianus erat **b**, domitiano moris erat **a**, *sed in margine add.* Ał Vtēat Domitian', *in* **Ht** *add. m. sec. in margine* domitiano moris excipit] cępit **b** 23 triumphum] triumfum **H** commercia] commertia **Hab** quorum] quarum **H** *m. pr., corr. m. sec.* 24 formarentur] formarent **b** 25 formidolosum] formidulosum **Ht** principem] principis **ab** attolli] adtolli **Ht** 27 cetera] et coetera **a**, et cętera **b** utcumque] autcumque **H** *m. pr., corr. m. sec.* 28 quodque] quoque **H**, *m. sec. suprascr.* d, quoue **b** saeuae] saeuire **H** *m. pr., m. sec.* uire *del. et* uae *ascr.* indicium] inditium **H** *m. pr., corr. m. sec.* praesentia] *in* **H** *add. m. sec. in margine* p̄sens 29 favor] u *in* **H** *m. rec. in ras.* exercitus] excitus **b** 30 Brittaniam] brittanniam **H** *m. pr.*, britanniam **H** *m. sec.* **abt**? triumphalia] triumfalia **H** inlustris] illustris **ab** 31 quidquid] quicquid **ab**

insuper opinionem, Syriam provinciam Agricolae destinari vacuam tum morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam. Credidere plerique libertum ex secretioribus ministeriis missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse cum eo praecepto, ut, si in Brittania *etiam* foret, traderentur, eumque libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse, sive verum istud sive ex ingenio principis fictum ac compositum est.

Tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque ac, ne notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio noctu in urbem, noctu in Palatium, ita ut praeceptum erat, venit exceptusque brevi osculo et nullo sermone turbae servientium immixtus est. Ceterum uti militare nomen, grave inter otiosos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus hausit, cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus, adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso aspectoque Agricola quaererent famam, pauci interpretarentur.

41 Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen ullum aut querela laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus princeps et gloria viri ac, pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi, tot militares viri cum totis cohortibus expugnati et capti, nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola comparantibus cunctis vigorem et constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine *et torpore caes*orum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore pronum deterioribus principem extimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.

42 Aderat iam annus, quo proconsulatum Africae et Asiae sortiretur, et occiso Civica nuper nec Agricolae consilium deerat nec Domitiano exemplum: accessere quidam cogitationum principis periti, qui, iturusne esset in provinciam, ultro Agricolam interrogarent. Ac primo occultius quietem et otium laudare, mox operam suam in approbanda excusatione offerre, postremo non iam obscuri suadentes simul terrentesque pertraxere ad Domitianum. Qui, paratus simulatione, in arrogantiam compositus et audivit preces excusantis et, cum annuisset, agi sibi gratias passus est nec erubuit beneficii invidia. Salarium tamen proconsulare solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum Agricolae non dedit sive offensus non petitum sive ex conscientia, ne, quod vetuerat, videretur emisse. Proprium humani ingenii est odisse, quem laeseris: Domitiani vero natura praeceps in iram et, quo obscurior, eo inrevocabilior moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fatumque provocabat. Sciant, quibus illicita mirari moris est, posse etiam sub malis principibus magnos viros

1 provinciam] prouintiam **H** Atilii] atilli] **Ht**, *sed in* **H** *prius* l *del.*, Atili **a**, Actilij **b** 2 missum] *hoc verbo desinit* **H** 3 ei] eis **B** eo] *om.* **AB** in Britannia *etiam Halmius*: in Britanniam **ABGT** 4 Oceani] occeani **G** 9 praeceptum] prętemptum **B**, *in* **A** *add. in margine* Vt nuc Princeps quó vir 10 turbae] *om.* **B** otiosos] ociosos **G** 11 otium] ocium **G** hausit *Wexius*: auxit **ABGT** 13 quaererent] quererent **AB** famam] faman **G** interpretarentur] interpraetarentur **BG** 17 Moesia] Mesia **T**, Misia **AB** Pannonia] pannōnia **A** 18 totis] tot **AB**, *in* **G** *add. in margine* tot 19 hibernis] hybernis **A** possessione] possessionum **B** 20 damnis] dannis **B** 21 et constantiam] *om.* et **AGT** 22 inertia] inercia **A**, *in margine add.* Aŧ inēcię & formidini, *item* **G** *in margine* īertie & formidini *et torpore caes*orum *scripsi*: eorum **ABGT** 23 Domitiani] Domitianum **B** 24 deterioribus principem] *om.* **T** extimulabant] *in* **G** *add. in margine* existimulabāt 26 Africae et Asiae] aphricae et asiae **A**, Asię & Aphricę **B** 27 deerat] aderat **B** 28 provinciam] prouintiam **A** interrogarent] iuterrogarēt **G**, interogarent **AB** occultius] occultus **G** 29 otium] ocium **ABG** 30 iam *Rhenanus*: tam **ABGT** simulatione] simulatione[is] **T**, *in* **A** *in margine ascr.* Aŧ nis, *in* **G** simulationis 31 audivit **T**, audiit **ABG** 32 proconsulare] proconsulare[i] **G**, proconsulari **AB**, **T** *utrum* e *an* i *habeat, pro certo adfirmari non potest* 34 laeseris] laeserit[s] **G** 35 inrevocabilior] irreuocabilior **T** moderatione] moderacione **A** 36 neque] nec **B** 37 illicita mirari moris est **T**: moris est illicita mirari **ABG** principibus] princibus **G**

esse obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis escendere, quo plerique per abrupta *nisi* in nullum rei publicae usum ambitiosa morte inclaruerunt.

Finis vitae eius nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura 43 fuit. Vulgus quoque et hic aliud agens populus et ventitavere ad domum et per fora et circulos locuti sunt. Nec quisquam audita morte Agricolae aut laetatus est aut statim oblitus. Et augebat miserationem constans rumor veneno interceptum: nobis nihil comperti, *ut* affirmare ausim. Ceterum per omnem valitudinem eius crebrius quam ex more principatus per nuntios visentis et libertorum primi et medicorum intimi venere, sive cura illud sive inquisitio erat. Supremo quidem die momenta ipsa deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat nullo credente sic accelerari, quae tristis audiret. Speciem tamen doloris habitu vultuque prae se tulit, securus iam odii et, qui facilius dissimularet gaudium quam metum. Satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripisit, laetatum eum velut honore iudicioque. Tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem nisi malum principem.

Natus erat Agricola Gaio Caesare ter*tium* consule idibus Iuniis: excessit sexto et quinqua- 44 gesimo anno decimo Kal. Septembres Collega Priscoque consulibus. Quod si habitum quoque eius posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit: nihil metus in vultu, gratia oris supererat. Bonum virum facile crederes, magnum libenter. Et ipse quidem, quamquam medio in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit Quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat, et consulari ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere fortuna poterat? Opibus nimiis non gaudebat: speciosae *sa*ne contigerant. Filia atque uxore superstitibus potest videri etiam beatus incolumi dignitate, florente fama, salvis adfinitatibus et amicitiis futura effugisse. Nam sicuti *non licuit ei* durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quod augurio votisque apud nostras aures ominabatur, ita festinatae mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu rem publicam exhausit. Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum et eadem 45 strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exilia et fugas. Una adhuc victoria Carus Mettius censebatur, et intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat, et Massa Baebius etiam tum reus erat Mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus nos Maurici Rusticique iu*dicium exercuim*us, nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Nero tamen subtraxit oculos suos

1 escendere *Lipsius*: excedere **ABGT** 2 *nisi scripsi*: sed **ABGT** in nullum rei publicae usum *Muretus*: in ullum rei publicae usum **T**, in ullum rei post usum **ABG**; *in* **A** *add. in margine* At in nullum rep̄ usum, *in* **G** sed ī ullū re p̄ usum, *in* **T** in nullum rei publicae usum 4 circulos] per circulos **B** 5 Et *scripsi*: est **ABGT** 6 interceptum] intercepti **T** *ex corr.* nobis] nobis **A**, *et in margine* S. [illegible]*i. e.* sic lego) nobis nihil comperti] *om.* **T** *ut add. Wexius* 7 Ceterum] Coeterum **A**, cęterum **B** ualitudinem] ualetudinem **G** *m. pr.* nuntios] nuncios **A** 8 visentis] uiseritis **B**, uisentes **G** 9 dispositos] *om.* **T** nuntiata] nunciata **A** constabat] constabant **AB** 10 Speciem] spetiem **G** habitu *Ernestius*: animo **ABGT** 11 constabat] *in* **G** *add. in margine* cōstat 13 caeca] coeca **A**, *sed* o *expunct.*, ceca **BG**. *In* **A** *add. in margine* s assiduis] adsiduis **B** 15 Gaio] Caio **A** ter*tium Ursinus*: ter **ABGT** 16 decimo] decimū **G**, decumum **T** Kal.] kl̄n **A**, kłas **G**, kalendas **T**? Septembres] Septebr **B**, septembr **G**, septembris **AT**? Priscoque] Piscoque **B** 17 metus] mętus et impetus **B**, impetus **AGT**, *sed in his codicibus add. in margine* metus 19 spatio] spacio **A** vera] uerba **T** 20 sunt] *om.* **B** 21 speciosae *sane* contigerant. Filia atque uxore *scripsi*: speciosae non contigerant filia atque uxore **AT**, spetiose non contigerant filia atque uxore **G**, spetiose non contingerant filia atque uxore **B**, *in* **AGT** *add. in margine* speciosae [spetiose **G**] contigerant filia atque uxoris [uxō **A**] 22 beatus] beatis **G** 23 adfinitatibus] affinitatibus **AGT** amicitiis] amiciis **A** sicuti *non licuit ei* durare *scripsi*: sicuti durare **ABGT** hanc beatissimi saeculi lucem *Acidalius*: hac beatissimi seculi luce **ABGT** 24 Traianum] Traiarum **B**, trayanum **T** aures] auris **B** 25 grande] *in* **AG** *add. in margine* At graue solacium **T**?: solatium **ABG** 26 velut] *in* **G** *add. in margine* uel 27 exhausit] *in* **G** *add. in margine* hausit clausum] clusum **AGT** 28 feminarum] foeminarum **A** 29 Carus] charus **A**, clarus **B** Mettius **A** *suprascr.* **G** *mg.* **T** *mg.*: mitius **ABGT** arcem] *in* **AGT** *add. in margine* uillam Baebius] bebius **AG**, boebius **B** 30 etiam] iam **A**, *om.* **B** nos Maurici Rusticique iu*dicium exercuimus* *scripsi*: nos Maurici Rusticique uisus **ABGT**, *in* **AGT** *add. in margine* nos mauricum [mauriciū **A**] rusticumque diuisimus 31 Senecio **T**?: senetio **ABG**

iussitque scelera, non spectavit: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus et rubor, [a] quo se contra pudorem muniebat.

Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis. Ut perhibent, qui interfuere novissimis sermonibus tuis, constans et libens fatum excepisti, tamquam pro virili portione innocentiam principi donares. Sed mihi filiaeque eius praeter acerbitatem parentis erepti auget maestitiam, quod adsidere valitudini, fovere deficientem, satiari vultu complexuque non contigit. Excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. Noster hic dolor, nostrum vulnus, nobis tam longae absentiae condicione ante quadriennium amissus est. Omnia sine dubio, optime parentum, adsidente amantissima uxore superfuere honori tuo, paucioribus tamen lacrimis comploratus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui.

46 Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguntur magnae animae, placide quiescas nosque, domum tuam, ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est. Admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, *si*militudine colamus: is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. Id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus, quae marmore aut aere finguntur, sed ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. Quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, *in* fama rerum. Nam multos veluti inglorios et ignobiles oblivio obruet, Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.

3 [a] *del. Lipsius* 4 felix] foelix **A**, fęlix **B** Agricola] *in* **A** *suprascr.* o vitae] uiṭaṭę **G** opportunitate] oportunitate **BGT** 5 perhibent *Puteolanus*: perhiberent **ABGT** interfuere] interfuerunt **AB** 6 portione] portionē **B** 7 maestitiam] moestitiae **AG** adsidere **T**?: assidere **ABG** valitudini] ualetudini **G** 8 contigit] contingit **T** Excepissem*us* *Pichena*: Excepissem **ABGT** figeremus] *in* **A** *intra versus, in* **GT** *in margine ascr.* pingeremus 9 nobis] *om.* **AB**, *sed in* **A** *intra versus add.* tam] tum (a *suprascr.*) **G**, *in* **A** tam, *sed in margine ascr.* At tum longae] longe (a *suprascr.*) **G**, longa (e *suprascr.*) **A**, nrę **B** condicione **T**?: conditione **ABG** 10 adsidente **T**?: assidente **ABG** 11 tamen] tū **G** lacrimis] lachrymis **B** comploratus] *in* **AG** *add. in margine* compositus desideravere] desyderauere **A** 13 piorum] priorum **T**, *sed* r *a rubricatore del.* 14 domum] domun **G** desiderio] desyderio **A** muliebribus] mulieribus **B** 15 contemplationem] contemplacionem **A**, conteplationem **G** neque] nec **B** neque] nec **B** 16 te] *ab in. om. intra versus add.* **G** et immortalibus *Acidalius*: temporalibus **AB**, temporalibus et **GT**, *in* **G** *add. in margine* temporibus *si*militudine *Grotius*: militum **AGT**, multum **B** colamus *Muretus*: decoramus **ABGT** 17 honos **ABT**: honor **G** 18 formamque] famamque **ABG** 20 simulacra] simulachra **B** imbecilla] imbecillia **B** 22 tuis] ụṭ tuis **G** Quidquid] Quicquid **ABG** quidquid] quicquid **ABG** 23 *in* *add. Halmius* 24 multos **H** *teste Decembrio*: multos ueterum **ABGT** veluti **H** *teste Decembrio*: uelut **ABGT** ignobiles **H** *teste Decembrio* **B**: ignobilis (e *suprascr.*) **A**, ignobilis **GT**? CORNELII TACITI DE VITA ET MORIBVS IVLII AGRICOLAE LIBER EXPLICIT **G**, Finis **T**, Τελοσ **B**, *inscriptione caret* **A**